Julius **Heinakuu**/ qvòd fœnum in eo colligatur.

Item,

**meddakuu** mensis canicularis.

Augustus **Leickamisse kuu**/ quod incidat messis.

September **Kannareppe kuu** / ab Ericâ, quæ in mense illo floret. cùm enim reliquæ herbæ defloruerunt, illa emittit flores.

October **Süggise kuu** mensis autumnalis, qvòd autumnus incidat.

November. hi duo an peculiaria nomina habeant, nondum licuit cognoscere.

December.

## V. De Diebus

### 1. profestis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Lunæ, | Prima | Esmas | pæhw. |
| Martis, | Secunda | tõine | |
| Mercurij, | Tertia | kolmas | |
| Jovis, | Quarta | neljas | |
| Veneris, | Quinta | wihhes | |
| Saturni, | Sexta | kuhhes | |
| Solis, | Septima | seitzmes | |

Nota:

Dies Mercurij dicitur aliàs **Keskneddal**/ quia in mediâ est hebdomade, quem dies Lunæ & Martis præcedunt, Jovis & Veneris sequuntur. Nam dies Saturni & Solis sunt sacri & festi dies. Dies Veneris dicitur **Rehde**.

Dies



Dies Saturni **Lauw pehw**.

unde nomina hæc sortiti sint, non potui expiscari, nisi fortè **Rehde** à corrupto Germanico **Rüstag**/ **Lauw pehw** à **lebbama ruhen**.

### 2. FESTIS.

Festa Oesthones sæpe à sensilibus nominârunt.

Nativitas Domini dicitur **Joulo põha**/ qvod convenit cum Latino, jubilo, Germanico **Jubelfest** / Suedico **Juhl**.

Octava Nativitatis vocatur **uhs Ahst**/ item, **Ntsjahri pehw** novus annus. à nonnullis **Kehna pehw** vertens dies, qvòd eo die Sol quasi se vertat.

Festum trium Regum **Kolm Kunninga pehw**. aliud nomen non habet.

Festum Purificationis **Küünla pehw**/ id est, candelarum dies, qvòd in Papatu hoc die candelas sacrificent, ut circumferant & moribundis tradant.

Matthiæ Apostoli diem vocant; **Maddi pehw** / appellatione quasi à verme deductâ (**maddo** enim vermem significat.) Dicunt namq; Oesthones, circa illud tempus omnes vermes quasi moveri in visceribus terræ & revivisce re. Ob hanc etiam rationem rustici ventum hoc die observant, quo flante nec hordeum, nec siliginem seminant: quia quartam frumenti partem à vermibus absumi putant.



Manuductio ad Linguam Oesthonicam..., 1660, lk. 60